

PROSO
DIA IN VSVM

iuentutis Northu-
sianæ, conge-
sta per

IOAN. SPANG.

M. D. XLII.

IN PROSODIAE COM- MENDATIONEM.

ΤΕΤΡΑΣΧΙΩΠ.

IOAN. SPANG.

Qui cupis Aonidum Tyro nouus esse fororum,
Et breuiter certo uerbo ligare pede.
Hunc uolue & memori puer imprime mente libellum.
Huc ades, hoc scripto Lynceus omnia uides.

ΔΙΣΧΙΩΠ ειςδεμ.

Quis puer emunctis compонere carmina uerbis?
Huc ades, hac uigili scripta reuo' ue manus.

QVID EST PRO, SODIA?

Est ars, docens quo accentu, quæq; dictionis syllaba, profienda sit.

Cur inuenta est prosodia?

Propter eius artis utilitatem, consuetudo enim scribendi carmen, magnam copiam uerborum & figurarum, & quandam (ut Quintilianus ait) sublimitatem orationi solute adfert.

Vnde habet nomen?

A ῥῳδῃ, quod est ad, οδη, cantus, quasi accentus.

Circa quid versatur prosodia?

Circa syllabas.

Quid est syllaba?

Est literarum comprehensio, unico spiritu prolatata.

Quotuplices sunt syllabæ?

Triplex.

Longæ, Breues, & Ancipites, id est, communes sive indifferentes.

Quæ sunt Longæ?

Quæ producuntur.

Quæ sunt Breues?

AA S

DE PRIMIS

Quæ corripiuntur.

Quæ sunt Ancipites?

Quæ indifferenter locantur.

**Quot syllabas oportet Poétam
pensare in condendis
carminibus?**

Tres.

Primas, Medias, & ultimas.

Quæ sunt primæ syllabæ?

**Quæ in principio dictionis plurium syllabarum
ponuntur.**

Quæ sunt Mediae?

**Quotquot inter primam & ultimam claudun-
tur.**

Quæ sunt ultimæ?

**Quæ in fine dictionis ponuntur, Monosyllabæ di-
ctiones inter ultimas syllabas habentur, ut**

Pars, mors, est.

DE PRIMIS SYLLABIS.

**Quot modis dinoscitur quantitas
primæ syllabæ?**

Octo modis.

**Positione, Diphthongo, uocalis ante uocalem,
prepos-**

SYLLABIS.

prepositione, compositione, derivatione, Regulis et exemplo.

DE POSITIONE.

Quid est positio?

Est quando post uocalem sequuntur due consonantes, ut arma. Aut una geminata, ut ille. Aut una dupla, ut axis, gaza, maior.

Da canonem.

Omnis positio longa est.

Habet ne hic canon exceptionem?

Imo.

Liquida cum muta coniuncta uocalem precedenter reddit ancipitem, id est, communem, ut patris, tenebris. Atlas. Si tamen uocalis fuerit natura, non liquescit neque corripitur, ut matris fratri, delubrum, arastrum, lauachrum, simulachrum, salubris.

DE DIPHTHONGO.

Quid est diphthongus?

Est connexio duarum uocalium in eadem syllaba unum suum retinentium.

Quos sunt diphthongi?

AA 3

Quatuor

DE PRIMIS

Quatuor, et de aliis. *et eu, ut Aeneas, fœlix, audio, eu-*
rus.

Da canonem.

Omnis diphthongus longa est.

Habet ne hic canon exceptionem?

Imo,

**Quando post diphthongon sequitur uocalis, ut
præfus, Virg. St. p:ibus duris agitur sudibus ut præ-
fus.**

**De uocali ante uocalem da
canonem.**

**Vocalis ante uocalem in latinis dictiōnibus corripi-
tur, ut Deus, pius.**

Habet ne hic canon exceptionem?

Imo,

**Aér O di: græca producuntur. Fio dissyllabum
producitur. Sed ubi Trissyllabum est corripitur, ut fierē,
fieri.**

**De Præpositione da cano-
nem.**

**Præpositio in compositione quancitatē seruat, nisi
fiat positio, ut abduco, aut sequitur uocalis uocalem, ut
deamo.**

Quotuplices sunt præpositiones?

Duplices

SYLLABIS.

Duplices.

Quedam corripiuntur, quedam producuntur.

Da præpositiones quæ corripiuntur

Ab	Abeo
ad	aderō
in	īeo
ob	obambulo
per	pereo
re	repono
sub	subeo
super	superaddō

Excipiuntur ne aliquæ?

Re in tribus præteritis producitur propter literæ geminationem, ut repperit, reppulit, retulit. Sic reliquie, producuntur.

Da præpositiones quæ producuntur.

A	Amitto
De	deduco, deliro
Di	diligo
E	egor, emitto.
præ	præcurro
pro	profro
se	separe

Exil.

DE PRIMIS

Excipiuntur ne aliquæ?

Dirimo & desertus, cor, Profugio, proficisci or proa
cella profanus, profiteor, profundus, profestus, proterius,
propius, & profecto adverbium, corripiumur.

DE COMPOSITIONE.

Da canonem.

In compositione syllaba tanta est, quanta fuit in
simplicibus, Si enim nescieris syllabam primam prius,
compono eam, ut impius, & per accentum agnosces
quantitatem. Sic potens, impotens. Clarus, preclara-
rus. Probus, improbus. Seco, reseca. Spiro, aspiro,
Lego, perlego. pono, compono. solor, consolor. precor.
deprecor. fino, defino.

Habui ne hic canon exceptionem?

Imo,

In uerbo nabo, cuius composita et in nuba Pronuba cor-
ripiuntur.

Item, in uerbo Dico, cuius composita, caufidicus, &
falsidicus, corripiuntur.

Sic agnitus, cognitus, à notus, corripiuntur.

Si vero dictio composita fuerit tetrasyllaba,
redige eam in trisyllabam, tum quantitatem ex accen-

SYLLABIS.

Tu facile cognosces, ut perfidio perfodis, confugio, consiglio. Definio, definis. Communio, communis.

DE DERIVATIONE.

Da canonem.

Deriuatum sapit naturam sui primitiui, ut amabilis, amator, amatrix, amor corripiunt primam syllabam sicut amo. Clamor producit primam sicut clamo.

Habet ne hic canon exceptionem?

Imo

Quando literatura mutatur, tum quantitas quoq; muddur, ut mobilis, momentum producunt primam, que tamen in moueo corripitur, propter mutationem in belli.

Sic Eo corripitur, ibo producitur. Ex. intur quae que multa derivata, que primitiiorum quantitatem non servant.

Da deriuata quae a primitiuis brevibus producuntur.

Vox uocis à uoco. Lex legis à lego. Sedes à sedet. Rex regis, Crux regula à rego, Tegula à tego, Laterna à lateo. Gradius à gradu, Ferialis à feria, Macro à manus, Petrus à peto, Remius à remeo, rapum à rapio.

DE PRIMIS.
Da deriuata quæ a primitiuis lono-
gis corripiuntur.

Dux ducis à duco. Lucerna à luceo, Arena & arista,
ab areo. Dicax,causidicus, ueridicus à dico,acerbus, ab
adiectivo acer, lotium à lotum, manus à mano, as, are, sae-
gaz à sagio, sopor à sopio, uadū à uado, fatuus à fatum.

DE REGVLIS.
Quotuplices sunt Regulæ printas
rum syllabarum,
Duplices.
Generales & speciales.

Da regulam generalem de præterito.
Omne præteritum dissyllabum primam producit,
ut feci, fugi, egi, l-; iuui, lefi, rifi, suasi, uidi, ueni.

Excipiuntur ne aliqua præterita?
Imo. Sex.

Bibi, Dedi, steti, fidi à findo, scido à scindo, Tuli
affro.

Item habentia vocalem ante uocalem, ut fui, rui,
pluie.

Item, Geminata præterita, ut cecidi, cecini, cucuru-
ri, sefelli, didici, momordi, pepuli, pependi, poposci, pe-
pegi.

SYLLABIS.

pegi, pupugi, totendi, tetendi.

Ceterorum preteritorum, tanta est prima, quanta presentis, ut amavi corripit primam sicut amo. Clamaui producit primam sicut clamo.

Excipiuntur quatuor ~~preterita~~, ut Cogi à cogo.
Genui à gigno, Posui à pono. Potui à possum.

Da regulam generalen de Supino.

Omnis supinum dissyllabum primam producit, ne fsum, fusum, lusum, motum, noctum, potum, lesum, risum, rasum, uisum.

Excipiuntur ne aliqua supina?

Imò

Citum à cieo secunde coniugationis, Datum à do.
Itum ab eo. Litum à lino. Quatum à queo. Stum à reo.
Rutum à ruo. Satum à sero. Situm à fino.

Da regulam generalem de Præsenti,

Quanta est prima presensis, ianta est ab eo forma torum, ut Amo, amabant, amabo, ama, amato, amem, amarem, amare, amandi, amatum, amans. Sic Legolegebam, legam, lege, legitio, legam, legem, legere, legendi, legens.

Contra.

DE PRIMIS

Contra.

Quanta est prima præteriti, tanta est ab eo formato e
torum, ut legi, legeram, legissim, legerim, legero, legisse.

Quot sunt tempora quæ formantur a
præterito perfectio indicatiui?

Quinq.

Præteritum plusquamperfectum indicatiui, præ
teritum perfectum & plusquamperfectum optatiui, præ
teritum perfectum coniunctiui, præteritum plusquam-
perfectum & futurum coniunctiui, & præteritum perfe
ctum & plusquamperfectum infinitiui.

Versus.

Præteritum primi de se dat tempora quinq.
Ram, sem, rim, se, formabit cetera presens,

Da Regulas speciales de primis
syllabis.

aaaaeiiooooee
transla Delensteue flimsdiuirim Bodogosmo crudrufa
(gunst.

Vocalem produc, præ consonantibus istis.

Hoc est a ante m n s l, in primis syllabis produci-
tur, ut fama, panis, casus, ala.

Arte

SYLLABIS.

Ante alias uero consonantes que in dictione Manis
la non ponuntur, a corripitur, ut faber, acerbus, qua-
dra, uafer, ager, lapis, aqua, arist a, pater, fauor. Sic de
alijs quoq; uocalibus e i o & u iudicandum est.

Exceptiones uide apud alios, Bebelium, Scotum,
Maium.

DE EXEMPL O.

Quid est exemplum?

Eft imitatione ueterum poëtarum, styli exercendi
gratia.

Quomodo cognoscitur quantitas
primæ syllabæ exempli?

Quoties ad poëtæ alicuius probati au-
titatem con-
fugimus. Ut si quis dubitet, quanta sit prima syllaba
dictionis Saturhus, recurrat ad carmen Virgilij.

Iam redit & virgo redeunt Saturnia regna.

Ad imitationem poëtarū ueterū stylus primū exerce-
ndus est et confirmandus. Deinde si placet ad imitationem
recentiorum, præsertim eorum, qui ad ueteres et proba-
tos proprius accedunt, Reddent enim facundius impe-
nium ad uersus parturiendos.

DE MEDIIS

Sunt igitur multa tibi carmina memorie commen-
danda, que in hunc usum habeas parata, nihil enim ma-
gis prodest quam illustrium poëtarum exemplis uti, sine
quorum autoritate, exemplis, & imitatione, nemo spe-
ret se unquam aliquid egregium editurum.

Tantum de primis syllabis.

DE MEDIIS SYLLABIS.

Quot modis cognoscitur quantitas
mediae syllabæ?

Septem modis.

Positione, Diphthongo, uocali ante uocalem, Ac-
centu, Diminutio, Regulis & exemplis.

Da canonem de positione.

Omnis positio longa est, ut amantes, Columna,
Cucullus, Syntaxis.

Da canonem de diphthongo.

Omnis diphthongus longa est, ut Centaurus, Sa-
bens, Longinus, Infelix.

SYLLABIS.

Da canonem de uocali ante
uocalem.

Vocalis ante uocalem in latinis dictionibus breuiat
tur, ut Filius, Gloria, Lucia, Maria.

Excipiuntur ne aliqua?

Imb.

Genitiui σ datui quintae decimationis in ei, quo
nes eponitur inter duo i, ut speciei, dici, meridie. In
alijs vero corripitur, ut rei, spei, fidei.

Item genitiuus in ius, ut unius, ullius, nullius, solius
illius, ipsius. In his enim vocalis ante uocalem communis
est. Alius genitiuus semper producitur, alterius semper
corripitur.

Item Excipiuntur σ Greca, Quam aliqua cora
ripiuntur, ut Ilion, Historia, Comœa. Tragœdia.
Aliqua producuntur, ut Eous. Quedam ponuntur ad
placitum, ut Platea, chorea.

Item possessiva in eius per duas syllabas, ut Cre-
tus, hibleus, Dioneus. Et in eius, ut Priameus, Rho-
dopeius.

DE ACCENTV.

Quid est accentus?

Eft lex levanda vel deprimenda syllabe.

Qæstio

DE MEDIIS

Quotuplex est accentus?

Duplex.

Productus & Correptus.

Quid est accentus productus?

Est quando syllaba naturaliter elevatur, ut fortuna
natura.

Quid est accentus correptus?

Est quando syllaba naturaliter deprimitur, ut De
minus. Tabula.

DE DIMINUTIONE.

Quid est Diminutio?

Est quando cognoscende quantitatis causa, à dictio-
ne syllaba detrahitur, ut si cupis scire, quanta sit syl-
laba mi, in dictione amicorum, detrahe syllabam rum,
Et facile ex hoc enca cognosces quantitatem, Sic in dia-
ctionibus fortunarum, creaturarum.

DE REGVLIS.

Quotuplices sunt Regulæ de mes-
dijs syllabis?

Duplices. Generales & Speciales.

Quæ sunt regulæ generales?

De Crementis nominum & herborum.

Quid

SYLLABIS.

Quid est Crementum?
Est excrescentia casus uel temporis.

Quotuplex est cremenntum?
Duplex, Nominale & Verbale.

Quid est cremenntum nominale?
Est, quando obliqui excedunt nominatum in syllabis, ut dierum, specierum.

Quid est cremenntum verbale?
Est, quando tempora excedunt secundam personam indicativi, ut amabam, amauim, amaueram.

Da regulas de Cremento nominum.

A & o in omni Cremento nominali producuntur, ut Musarum, dominorum, specierum.

I & u corripiuntur, ut fœlicibus, uictibus, archibus, artibus.

Da regulas de Cremento uerbali.

A & o in Cremento uerbali semper producuntur, ut amamus, docamus, legamus, audiamus, Preterdamus cum compositis, ut circumdamus, uenundamus, pessundamus.

E & i, aliquando producuntur, ut Amemus, audimus, Aliquando corripiuntur, ut Amaberis, legimus.

V semper corripitur, ut quæsumus, volumus.

DE MEDIIS
Da regulas speciales de medijs
syllabis.

a e i o u

Gau, bedecelmentu, qui, nost. dumugrunticu adde.

Vocales produc, præ consonantibus illis.

Hoc est, A ante g & u, in medijs syllabis productur,
ut imago, cadauer.

Ante reliquas uero consonantes corripitur, ut Arabes
alacer, lampadis, Tantalus, calamus, I ybanus, alapa, Ce-
sar is, carbasus, Calathus.

Sic de alijs uocalibus e i o u faciendum est.

Exceptiones uide apud Bebelium, Scotum & alios.

Quomodo cognoscitur quantitas
mediae syllabæ Exemplo?

Quoties per uatos imitamur poëtas, ut si quis ambie-
gat, quantu, it media in pecunia, recurrat ad carmen Ho-
ratiij.

Et genus & formam regina pecunia donat.

Tantum de medijs syllabis.

DE VLTIMIS SYLLABIS,

Quot modis cognoscitur quantitas
ultimæ syllabæ?

Quatuor

SYLLABIS.

Quatuor modis.

Positione, diphthongo, Regulis & Exemplis.

Da canonem de positione.

Omnis positio longa est, ut mors, prudens, faelix, and
dax.

Da canonem de diphthongo.

Omnis diphthongus longa est, ut laus, heu, muse,
faelix.

DE REGVLIS.

Quotuplices sunt regulæ de ultimis syllabis?

Duplices, Generales & speciales.

Da regulas generales.

Omnes ferè nominati latini syllabares corripiuntur, nisi sint monosyllaba, aut desinant in positione, diphthongon, aut in as, es, os.

Purales semper producuntur, preter neutra in as que semper corrumpuntur.

Omnis genitius singularis producitur, preter genitium terius declinationis in is, qui semper corripuntur.

Genitiuus pluralis semper corripitur.

Omnis dative singularis producitur, pluralis in is producitur, in bus semper corripitur.

DE VLTIMIS

Omnis accusatius singularis corripitur. Pluralis semper producitur.

Præter neutra in a.

Vocatius imitatur nominativum.

Omnis ablatius singularis producitur, præter ablatium tertia declinationis in e, qui corripiuntur.

Da regulas speciales.

A, iunc, as, es, os, finales, dant tibi longas.

Hoc est, In a, i, u, n, c, as, es, os finita, producuntur.

Sed in b d e l m r is us corripiuntur.

O, modo producitur, modo corripitur.

A

Finita, in uerbis producuntur, ut da, ama, nega.

Ablatiui prima declinationis in a producuntur.

Vir. Europa atq; Asia pulsus.

Præpositiones A, contra, circa, erga, extra, intra, in frā, iuxta, supra, ultra, producuntur.

Frustra quoq; et præterea producuntur, Vocatiua Græca in a producuntur, uō Aenea, Græca, Nemea Tegea, producuntur.

Numeralia in ginta producuntur, ut triginta.

Hebet

SYLLABIS.

Habet ne hic canon exceptionem?

Imò.

Nominativi & accusatiui et uocatiui in a corripiuntur, ut poëta, poëma, Templa, Carmina.

Aduerbia quoque, Eia, ita, puta, quia corripiuntur.

B

Finita corripiuntur, ut Mare, cubile, mille. Sic Bene, male, rite, here, pene, age, euge, mage, facile, forte, sublime, magnopere, necesse, repente, impune, pone peregre, abunde, quippe, nempe, sponte, saepe, mane, prope, ante. Ablatiui quoque tertie declinationis in e corripiuntur, ut tempore.

Imperatiua quoq; tertie coniugationis, ut lege, scribe.

Habet ne hic canon exceptionem?

Imò

Græca in e producuntur, ut Phœbe, Tempe, Musice, Anchise, Cete.

Genitiui & datiui singulares prime declinationis, & nominativi & uocatiui plurales in e, ut Musæ.

Imperatiua secunda coniugationis producuntur, ut doce, sedc, manc.

DE VLTIMIS

Causa & uale aliquando corripiuntur. Aduerbia
in e. formata à datiuo in o, producuntur, ut pulchre, belle
caute, docte, iuste.

Aduerbia superlativa in e producuntur, ut minime, Sic
fere, ferme, quare, ohe, producuntur.

Monosyllaba, me, te, se, è, de, præ, producuntur, pre-
ter q; ue, ne, que, corripiuntur.

Ne, pro non, producitur.

Væ interiectio producitur.

I

Finita producuntur, preterita in i, ut bibi, legi, dixi,
Nominatiu: & vocatiu: in i ut magistri, domini, Geniti
ui & datiu: in i, producuntur, ut uiri, domini, fælici,
tempori.

Habet & nunc canon exceptionem:

Imo.

Greci uocatini corripiuntur, ut O Alexi, colchi, Da-
phni, Amarylli, Iri. Vir. Iri decus cœli.

Datiu: greci corripiuntur, ut Palladl.

Mihi, tibi, sibi, ubi, ibi, ultimam habene communem
cum compositis, ut sicubi, necubi.

Qui producitur.

Nisi & quasi corripiuntur.

O

Finita

SYLLABIS.

Finita communia sunt, ut virgo, sermo, scribo, amo, legendo.

Datiui & ablativi in o producuntur, ut domino, templo.

Monosyllaba, do, sto, o, pro, producuntur.

Greca in e producuntur, ut Dido, Io, Echo, Alecto, Manto.

Aduerbia communia sunt, subito, crebro, professo.

Cito, mo lo, semper corripiuntur, Ego, duo, & scio, cum compositis corripiuntur.

V

Finita producuntur, ut fructu, manu, tu, diu, dictu, amatu, cornu, genu.

B. D. M. F

Finita corripiuntur, ut ab, ob, sub, ad, ad, tum, melius, tum, & caput.

Exipe,

Quando interuenit positio, ut legunt, Aut syncoxa, ut fumat profumauit, audit pro audiuit, obit pro obiuit.

C

Finita producuntur, ut dic, duc, fac, sic, halec, ac coniunctio.

DE VLTIMIS

Illuc, istuc, fac et ac inueniuntur brevia. Nec, donec,
lac, corripiuntur, Et hoc pronomen.

Hic pronomen, commune est.

Hic aduerbium, producitur.

H.

Finita, producuntur, ut ab, uah, prob.

L

Finita, producuntur, ut Tribunal, Hannibal, Mel,
fel, nihil, uigil, consul, presul, semel, facul, uel coniunctio.

Excepe

Monosyllaba, Sol, pol, nil, que producuntur.

Barbara et propria, ut Michael, Gabriel, Daniel,
producuntur.

N

Finita producuntur, ut Titan, Pan, Pean, Hymen,
Syren, Delphi, Nomen, Canon, En, quim, Ren, Splen.

Excepe

Forsitan, forsitan, tamen, attamen, an, in, dein, proim.
que corripiuntur.

Viden? egon? satim? corripiuntur.

Neutra et Masculina in en, habentia inis in genitivo,
ut Carmen, Germen, Lumen, lumen, Gramen, Nomen pe
ren, Tubicen, flumen.

SYLLABIS.

Grecam aescidina & feminina in on producuntur,
ut Babylon, Sydon, Helicon, Corydon, Canon.

Greca neutra corripiuntur, ut Ilion, Pelion, Py-
lon.

Accusatiui greci in on corripiuntur, ut Menelaon,
Dedalon, Cantharon.

Accusatiui in In corripiuntur, ut Alexim, Daphniz,
Thirsin. Sed in an producuntur, ut Aenean, Eginan, Bo-
rean. Sic in en, ut Piladen, Men: pro me ne. Ten: prote ne
producuntur.

R.

Finita producuntur, ut Cesar, lacunar, imber, mir,
color, color, murmur, fer uerbum, cum compositis, conser-
differ, prefer, perfer, & susser. Per pref. compositio Pater &
mater, frater, soror, corripiuntur.

Excipe

Cur, fur, far, lar, nar, par, cum compositis impar, die
par, compar, que producuntur.

Aer, ether, character, clister, sother, panther, lynther
producuntur.

Cor commune est.

AS

Finita producuntur, ut Civitas, dignitas, maiestas, mun-
gas, amas, legas.

DE VLTIMIS

Greci quoq; masculina in as, ut Aeneas, Mezenas, Tho-
as.

Excipe.

Grecia foemina, ut Pelias, Pallas, Arcas, lampas, illis-
m, que faciunt genitium in dos.

Accusatiuos quoque grecorum tertiae declinationis,
ut Aonias, Heras, Garamantas, Rhetoras, Troapas, His-
das, cicladas, corripiuntur.

ES

Finita producuntur, ut dies, fides, pulpes, fraudes, ames
doceas, leges, audies.

Excipe.

Corripientia penultimam genitimi crescentis, ut mil-
les, militis, seges, ourges, que corripiuntur, Præter arica-
bies, Ceres, r̄ies, locuples, hæres, spes, res. Et pes, cum
compositi, ut sonipes, cornipes, lignipes, que producun-
tur.

Item greci nominatiui plurales corripiantur, ut ar-
eades, Atlantiades, Tritones, Saxones, Traces, Teutones
Vascones.

Corripiuntur quoque inquies, Cr̄ penes preposi-
tio.

Es à sum, cum compositis corripitur, ut ades, potes.
Es ab edo producitur,

SYLLABIS.

IS

Finita corripiuntur, ut collis, ignis, pars.

Exripe

Datiuos & ablatiuos plurales in is, qui producuntur
ut dominis, musis.

Item, Treis pro tres, fonteis pro fontes.

Item producentia penultimam crescentis genitii, ut
samnis samnitis, is litis, que producuntur.

Item Pyrois, Simois, producuntur. Monosyllaba, sis
uis, producuntur cum compositis, ut adsis, quamuis. Vis à
uolo producitur.

Producuntur quoque secundae personae singulae
res quartæ coniugationis its is, ut Audis, dormis,
uenis.

Sic uelis, malis, nolis, manis,

Sed secundae personae tertiae coniugationis corripiun-
tur, ut legis, scribis.

Cōiunctiva futura communia sunt, ut dederis, transfe-
ris, audieris, dixeris, miscueris.

Nescis, nutrit, poscis, inueniuntur corripi-

bis, tis, bis, corripiuntur,

IS ex

DE VLTIMIS

Is & quis in nominativo corripiuntur, in dativo & ablativo producuntur.

OS

Finita producuntur, ut flos, dos, honos, magistros, dominos, os oris.

Excipe.

Os oſis, compos, impos, nepos, que corripiuntur.
Graca in os, ut Ilios, chaos, Argos, Lemnos, Neritos, De los corripiuntur. Genitiui grecorum, ut Pallados, Orphe os, Aeneidos, Pantheos, corripiuntur.

Producuntur Tros, Androgeos, Nicoleos, Minos, os.

VS

Finita, corripiuntur, ut Deus, Angelus, tempus, corpus, digitus.

Excipe

Monosyllaba, ius, thus, plus, mus, grus, fus, que producuntur.

Producuntur quoq; genitiui singulares, Et nominatiui & accusatiui & vocatiui plurales, quartae declinationis in us, ut fructus.

Producuntur quoq; producentia penultimam genitiui crescentis, ut salus salutis, virtus, iuuentus, senectus tellus, incus.

Palus

SYLLABIS.

Palus corripit Horatius.

*Græca in us producuntur, ut Panthus, Dielampus,
Sapphus, Amathus, Oedipus.*

Tantum de syllabarum quantitate.

DE PEDIBVS.

*Quid constituitur ex syllabis?
Pedes carminum.*

*Quid est pes?
Est metrica syllabarum constitutio.*

*Facit ne una syllaba pedem?
Non. Vna syllaba pede non facit, nec plures syllabae quam sex.*

Quotuplices sunt pedes usitatores?

Triplices.

Dissyllabi, Trissyllabi, & Tetrasyllabi.

Quot sunt pedes dissyllabi?

Quatuor.

Spondeus —— *Fælix.*

Pirrichius ∑ ∑ *Deus*

Trocheus — ∑ *Corpus*

Iambus ∑ — *Dix*

DE PEDIBVS.
Quot sunt trissyllabi?

Tres.

Dactilus	-uu	carmina
Anapestus	uu-	lapides.
Tribrachus	uuu	dominus

Quot sunt tetrasyllabi?

Duo.

Proceleusmaticus	uuuu	relegite
Choriambus	-uu-	omnipotens

Quare dicuntur pedes?

Ad similitudinem corporei pedis, sicut enim pedibus, nunc tarde, nunc properanter incedimus, ita carmen certis pedibus & mensuris, nunc tarde, nunc celeriter procedit.

Sunt enim prius, alijs subiti, ut Dactilus, Pirrichius, Tribrachus, si tardi, ut Spondeus, Melosius. Alij mixti ut Trochaeus, Lambus.

DE VERSIBVS.

Quid constituitur ex pedibus?
Versus, carmen, metrum.

Quid est versus?
Est metrika pedum constitutio.

Q. 1008

DE VERSIBVS,
Quotuplices sunt uersus?

Triplex.

Sabiti, tardi, & mixti.

Da uersus subitos.

Stat sua cuncte dies, breue & irreparabile tem-
pus.

Quadrupedante putrem sonitu quatit ungula cara-
pum.

Da uersus tardos.

Tu ne ille Aeneas quem Dardanio Anchise.

O fortunate gentes Saturnia regna.

Ille inter se se multa ui brachia tollunt.

Da uersus mixtos.

Agrestem tenui musam meditaris auenda.

Claudite iam riuos pueri sat prata biberune.

Quare dicitur uer. 5^e

Quia ab eo ad principium sequenti uertimur,
uel quod tantisper uertendus est, donec recte constitua-
tur.

Quare dicitur carmen?

A canendo, quasi canimen, quia cantibus aptum est.
Hinc Oda, carmen dicitur,

Quare dicitur metrum?

Quia metimus ipsum certis pedibus, & pedum tem-
poribus.

Quid

DE VERSIBVS.

Quid est tempus?

Est certa prolationis mensura, Syllaba enim breuis unum habet tempus, Longa duo tempora. Quia tantum temporis consumitur in unius longe, quamvis in duarum breuium prolatione.

Versus.

Syllaba longa tenet duo tempora, sed breuis unum.

DE GENERIBVS carminum.

Quot sunt genera versuum sive
carminum usitatorum?

Decem.

Heroicum sive Hexametrum, Elegiacum sive
Penthassicorum, Saphicum, Adonicum, Phalætium,
Iambicum, Choriambicum, Gliconicum, Pyndaricum,
Coriscum.

Quid est carnem Heroicum?

Est quo gesta heroum, regum & Principum de-
scribuntur.

Quare dicitur Hexametrum?

Quid sex pedibus constat.

De cons

DE GENERIB. CAR.

Da constitutionem Hexametri.

Dactilus	: : 3 4 5
----------	-------------------

Spondeus	: : 3 4 6
----------	-------------------

Versus dactilicus.

Panditur interea domus omnipotens olympi.

Spondaicus.

Luctantes uentos tempestatesq; sonoras.

Mixtus,

~~Q~~ fornose puer nimium ne crede colori.

Quid est carmen elegiacum?

Est quo res miserabiles, amores, ioci, & his similia de
scribuntur, Elegia enim lugubre carmen est.

Quare dicitur penthametrum?

Quia quinq; pedibus constat.

Da constitutionem penthametri?

Dactilus	: 2 4 -
----------	-----------------

Spondeus	: 2
----------	-------

Semipes	3 6
---------	-----------

Versus Dactilicus.

Mulcet amor uolucres, mulcet amor pecudes.

Spondaicus.

Venit post multos una serena dies.

Mixtus.

A care non magno sepe tenetur aper.

CC

Semipes

DE GENERIBVS

Semipes medius pes.

Hemistichium est medius uersus.

Penthametrum habet duo hemistichia, quorum unumq; duobus pedibus constat ex semipede.

Da constitutionem Saphici.

Trocheus.

Spondeus

Dactilus

1			+	5
	=			6
		3		

Nemo confidat nimium secundis,

Nemo desperet meliora lapsis.

Ille qui donat diadema fronti.

Quum uolet auferit.

Quem dies uidit ueniens superbum.

Hunc dies uidit fugiens iacentem.

Ius habet magnum necis atq; uite.

Qui regit orbem.

Nemo tam diuos habuit fauentes,

Craftinum ut possit sibi polliceri.

Res deus nostras celeri citatas.

Turbine uersat.

Da constitutionem Adonici.

Dactilus

Spondeus

1	
	2

Turbine uersat.

De con-

CARMINVM.

Da constitutionem.

Spondeus
Dactilus
Trochaeus

1				
	z			
		3	4	5

Vitam que faciunt beatorem,
Iucundissime Martialis haec sunt.
Res non parta labore, sed relieta.
Non ingratus ager, fucus perennis.
Lis nimquam, toga rara, mens quieta,
Vires ingenuæ, salubre corpus.
Prudens simplicitas, pares amici,
Convictus faciliis, sine arte mensa.
Nox non ebria, sed soluti curis,
Non tristis thorax, attamen pudicus.
Sōmnus qui faciat breues tenebras.
Quod sis esse uelis nihilq; malis.
Summum nec metuas diem nec optes,
Iucundissime Martialis haec sunt.

Da constitutionem Iambici.

Dactilus
Tribrachus
Spondeus
Iambus
Anapestus

1	z	3	4	5	
1	z	3	4	5	
1		3		5	
1	z	3	4	5	6
1		3		5	

DE GENE AIBVS CAR.

Obsequium amicos, ueritas odium parit.

Amantium ire amoris reintegratio est.

Discorda fit charior concordia.

Da constitutionem Choriambici

Spondeus	1				1
Choriambus		2	3		
Pirrichius					4

Stat lufus uacuo gutture Tantalus,

Impendent capiti munera plurima.

Alludit patulis arbor hyatibus.

Demittit propius diuitias suas.

Quas cum proposuit carpere dentibus.

Declinat grauidis filuula foetibus.

Instat deinde sitis non leuior fame.

Qua cum percalut stat miser, obuios

Fluctus ore, quos profugos latex

Auertit perili deficiens uado.

Conantemque sequi deserit et bibit.

Altum de rapido gurgite puluerem.

Da constitutionem Gliconici.

Spondeus

1		.
	2	
		3

Choriambus

Pirrichius

Regem non faciunt opes.

Non uestis Tyria color.

Non

DE GENERIBVS CAR.

Non auro nitide trabes.
 Rex est qui metuit n:h:l.
 Me dulcis saturit quies.
 Leui perfruar otio.
 Qui notus nimis omnibus.
 Ignotus moritur fibi.

Da constitutionem Pyndarici.

Dactilus
 Spondeus
 Anapestus

1	2	3	
1	2	3	4
1	2	3	4

O stelliferi conditor orbis.
 Qui perpetuo nixus folio.
 Rapido caelum turbine uerat.
 Agiles noctis diuidis horas.
 Tua uis uarium temporat annum.
 Omnia certo fine gubernas.
 Hominum solus respicis actus.

Da constitutionem Cerisci.

Dactilus
 Trocheus
 Pyrrichius

1	2	3	
			4

Qui serere ingenuum nolet agrum.

DE ACCIDENTIBVS

Liberet arua prius fruticibus.

Falce rubos silicemq; resecet.

Vt noua fruge grani ceres eat.

DE ACCIDENTIBVS CARNI-

num siue metrorum.

Quot accidentia metro?

Septem.

Genus, Species, Compositio, Scansio, Collisio, Cefura,
Figura.

Quid est genus carminis?

Est mutua carminum iunctura, Genus uarium est.
Aliud monocolon uniforme, & purum, quod uno versu
um genere constat.

Aliud Dicolon, quod duobus generibus, Aliud Trico-
lon, quod tribus generibus constat.

Aliud distriphon, quod secundo loco uarietatem
acepit.

Aliud Tetrastrophon, quod quarto loco uarietatem
recipit.

Quid est species carminis?

Est qualitas carminis, aliud enim sortitur nomen
per pedum.

Dimetrum, quod duobus pedibus constat.

Trimetrum, quod trib.

Tetrametrum, quod
quatuor.

CARMINVM.

quatuor. Penthametrum, quod quinq.
Hexametrum, quod sex pedibus constat:

Aliud ab inuentore dicitur, ut

Saphicum à Sapho puella.

Adonicum ab Adone iuuene.

Pyndaricum à Pyndaro.

Aliud à pede prædominante.

Dactilicum à dactilo. Spondaicum à spondeo;
Trochaicum à Trochœo. Anapesticum ab anda-
pesto.

Quid est compositio?

Est pedum dispositio, ut scilicet alternis inter se
transpositionibus gaudcent. Durum enim cara-
men est. illum, nobis, siluum, seruet, Iuppiter, al-
mus.

Quid est scandio?

Est legitima metri in singulos pedes distinctio. Scanda-
dere enim est metri uersum & numerare pedes. Scanda-
sioni autem accedit collisio.

Quid est collisio?

Est literæ uel literarum in scansione carminis emis-
sa.

Quot sunt species collisionis?

Dua. Eclipsis & synalepha.

Eclipsis, Est quando m litera cum uocali elidi-
tur.

DE ACCENTIBVS.

Synalepha, Est quando uocalis in fine dictionis, propter uocalem sequentem eliditur.

Versus.

Ecthlipsis necat m, perimit Synalepha uocalem.
Heus, O non perimes, at o in ærdum breuiabis.

Da exempla.

Litura mul ill et terris iactatus et alto,
Da facilem cursum atq; audacibus annue coepit.
Apud ueteres S quog; collidebatur.

Versus.

Inter se coiisse uiros et decernere ferro.

Quid est Cæsura?

Est dictionis in centro mine decora incisio.

Est autem duplex cæsura usitata.

Penthenumeris, est quando post duos primos pedes syllaba superest, quæ dictionem finit, ut Arma uirumq; cano, quæ syllaba licet brevis fit, tamen pro longa habetur.

Heptenimeris, est quando post tres pedes syllaba superest, ut Per terram et uerfa puluis inscribitur hasta.

Versus.

Per penthenimerim brevis est producita licenter.

De figura

DE FIGVRIS CAR MINVM.

Quot sunt figure carminum
Visitatores?

Duodecim.

Syncopa, Est abscisio literæ uel syllabe de medio dictionis, ut duum pro duorum, dixi pro dixisti.

Epenthesis, est additio literæ uel syllabe ad medium dictionis, ut nauita pro nauta, imuperator pro imperator.

Versus.

Syncopa de medio tollit, quod Epenthesis addget.

Apocope, Est ablacio literæ uel syllabe de fine dictionis, ut Sat pro satis, affectu pro affectui, Turguri pro turgurijs.

Paragoge, Est additio literæ uel syllabe ad finem dictionis, ut dicier pro dici.

Versus;

Aufert apocope finem, quem dat Paragoge.

Prothesis, Est additio literæ uel syllabe ad principium dictionis, astante prostante, gnatus pro natus.

CC S Aphesis

DE FIGVRIS

Aphērisis, Est ablatio literæ vel syllabæ à principio dictionis, ut pone pro deponere.

Versus,

Prothesis apponit capiti, id sed apherēsis auferit.

Sistole, Est correptio syllabæ contra naturam dictio-
nis, ut Non eodem cursu respondent ultima primis.

Diastole, Est productio syllabæ contra rationem mor-
ticam, Virg. Exercet Diana choros.

Versus.

Sistole productam breuiato, Diastole contra.

Dicresis, Est divisio unius syllabæ in duas, Virg.
Aulai in medio libabant pocula Baethi,

Diues agri, diues pictai uestis & auri.

Syneresis, Est contractio duarum syllabarum in unam
Virg. Incipe Damet, tu deinde sequere Menalca.

Non erat hic arces uillo spectabilis aureo.

Versus.

Dicitur in binas separare dicresis unam,
Sed contra binas Syneresis arcet in unam.

Antithesis, Est literarum coniunctio, ut olli pro illi,
impetu pro impetu.

Metathesis, Est transpositio literæ vel Syllabæ, ut
Teucre pro Teucer,

Versus,

Dicitur

C A R M I N V M.

Dicitur antithesis si dixeris impete & olli;
Pro Teucre dicas si Teucre Metathesis extas.

C A V T E L A E P R O C A

uendis uitijis.

Sex fugias uitia si uis componere carmen,
M uel uocalem uocalis non comitetur.
Corripias nusquam diphthongon uel posituram,
Non produc curtam, nec syllabam corripe longam,
Prima pedis terni, uult ad plaeitum tibi ponii,
Ultima cuius est communis syllaba uerius.
Longa sit an ne breuis, nullum discrimin babetur,
Congrua sit, clara simul & constructio plena,
Ecce metrum sineq; sine tunc, sine quoq;

Tentum de Propodia.

SEQVN:

TVR HARMONIAE TE-

tracutice, super quatuor communiora carminum
genera, Phalacia, Asclepiadea, Saphica & Elegia-
ca, secundum naturas & temporum syllaba-
rum & pedum, pro pueris
composite.

AD PVEROS:


Conspicite hanc iuuenes Germania carmina, quatuor
Vocabus, ut uates & sacra templa canunt.
Sylliba queq; suam naturam & tempora seruat,
Et stant legitimum carmina queq; pede.

PHALAECI CARMINIS
MELODIA.

DISCANTVS.




Vitam quæ faciunt beatorem,




Iucundissime Martialis, hec sunt.

TENOR.




Vitam quæ faciunt beatorem.




Iucundissime Martialis hec sunt.

ALTUS.




Vitanque faciunt beatorem,




Iucundissime Martialis hec sunt.

BASSUS.



Vitam que faciunt beatorem,



Iucundissime Martialis hec sunt.


Res non parta labore, sed relieta,

Non ingratus ager, focus perennis.


Lis nunquam, toga rara, mens quieta,

Vires ingenuae, salubre corpus &c.

Choriambicum Asclepiadeum.
DISCANTVS.




Mecenat atavis edite regibus,




O O^r presidium, dulce decus meum.

TENOR.




Mecenat atavis edite regibus,




O O^r presidium, dulce decus meum.

ALTVS.




Mecenas a tuis e dite regibus,




Oo prefidium, Oo dulce decus meum.

BASSVS.




Mecenas a tuis e di fe regibus,




Oo prefidium, Oo dulce decus meum.

DISCANTVS.




Sunt quos curriculo puluerem Olympicum




Colligisse inuit, metaq; feruidis.

TENOR.




Sunt quos curriculo puluerem Olympicum




Colligisse inuit, metaq; feruidis.

DD

ALTVS.




Sunt quos curriculo puluerem Olympicum



Colligisse inuit, metasq; feruidis.

BASSVS.




Sunt quos curriculo puluerem Olympicum




Colligisse inuit, metasq; feruidis.


SAPHICVM DISCANTVS



Iam satis terris niuis, atq; dire




Grandinis misit Pater, & rubente




Dextera sacras iaculatus arcus, Terruit Vrbem.


TENOR.



Iam satis terris niuis, atq; dire




Grandinis misit Pater, & rubente




Dextera sacras iaculatus arcus, Terruit Vrbem.

DD a


ALTVS.



Iam satis terris nivis, atq; dire




Grandinis misit Pater, & rubente




Dextera sacras iaculatus arces, Terruit Vrbem.

BASSVS.



Iam satis terris nivis, atq; dire




Grandinis misit Pater, & rubente




Dextera sacras iaculatus orbem, Terruit Vrbem.

EL GIACV

Veribus accedat nunc que mensura canemus:
Herois, Elegisq; pedes qui dentur utrisq;




Ingenium quondam fuerat preciosius auro.




Nunc est barbaries grandis, habere nihil.

TENOR




Ingenium quondam fuerat preciosius auro.



Nunc est barbaries grandis habere nihil.

ALTO.




Ingenium quondam fuerat preciosius auro.



Nunc est barbaries grandis, habere nibil.

BASSVS.



Ingenium quondam fuerat preciosius auro.



Nunc est barbaries grandis, habere nibil.

19 JY 62

LIVD.

Terq; quaterq; faelix nunc O germania tellus.

Quic Gravio O Latio carmine more cant,

AD LECTOREM

Ioan. Spang.

HAbes optime Lector Grammati-
cae latinæ præcipuas partes, — 20
τιαρ. συντάξιον, περιοδιαρ. quas ex doctissi-
morum virorum, præsertim D. Iulippi
Melanchthonis, & Erasmi Roterodami.
libris, in has pueriles interrogations re-
degi studio, sed priorū amicorū precibus.
Deinde, ut iuuare nostrę scholę pueros,
quorum ingens uideo prolixis ac variis
Grammaticarum præceptis turbari, Addi-
di uersus aliquot de generibus & declina-
tione nominum. Item de coniugatione
uerborum, quod eos uideo faciles memo-
ratu, & tenacissime pueri cum animis in-
harrere. Hanc igitur meam operam
optime lector æqui boniqz
consulito.

an 24. iunij. in his quibus in istis vniuersitatibus nigen
runtur et ut in eis vniuersitatis regnentur.

24. iunij.
Dominum Anno
Domini MDCCLXII. Regnante
Domino Henrico Stainer. A. Domini
Mense Augusto.



19 IV 62
EXCVSVM AVGVSTAB
per Heinricum Stainer, Anno
M. D. XLII. Mense
Augusto.